

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis  
Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

S.D. omnibus lecturis has literas

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](#)

S. D. omnibus lecturis has  
literas.

Scitis multos pios pastores recte docentes cum familijs expulsos esse ex limitibus Bohemie:qua in re hoc quoq; dolorem omnibus augere debet, quod laudata Bohemorum natio, que olim et sapienter et pie errores Pontificios taxauit, et fortius armis defendit Ecclesiastē docentes, nunc uidet governmentibus multis, exerceri hanc asperitatē à paucis, qui ueritatem manifestam, quod scimus, contra conscientiam suam oppugnant. Magno autem cum dolore hunc senem Nicolaum, patrem quinq; filiorum et duarum filiarum, audimus inter certeros in hac senecta, et cum misera familia ex limite Bohemico pulsū esse. Quare oramus omnes qui aliquid ei largiri possunt, ut aliquid ad uitium ipsius conferant. Certissimum est, Deum propter haec beneficia poenas publicas et priuatas mitigare et hanc fidem in hac beneficentia exerceamus. Date Calendis Iunij, 1558.

Philippus Melanchthon  
manu propria.

S. D. omnibus lecturis has  
literas.

Natus est hic Wolfgangus Fabricius, in oppido Saxonie Vuiteberga, ex parentibus honestis et pijs.

pijs. Et quanquam oculos habet imbecilles, tamen  
 & legere potest, & fungi ministerijs sacris in tem-  
 plo. Doeuit etiam iuuentutem in schola Dantisca-  
 na. Et in oppido uicino urbi Pomeranie Stettini,  
 seruuit in ministerio Euangelij: suntq; ipsius mo-  
 res honesti, placidi & pijs. Ac propter eruditionē  
 & uite innocentiam, gradu magisterij philoso-  
 phici ornatus est. Querit autem locum, ubi Eccle-  
 siæ in docendo seruiat. Hanc habet causam pere-  
 grinationis suæ: quia, præsertim hoc belli tempore,  
 multi uagantur errones malis consilijs. Hic uero  
 Fabricius & homo innocens est, & honestam ha-  
 bit causam peregrinationis, & eruditione instru-  
 ctus est. Officium autem Deo gratum est, præbere ho-  
 spitalia officia hominibus innocentibus & inculpa-  
 tis, ac præsertim ijs qui Ecclesiæ seruire cupiunt.  
 Hunc igitur Magistrum Fabricium omnibus bo-  
 nis uiris commendō: eosq; oro, ut ipsum beni-  
 gnè adiuuent, cūm sciant uocem filij Dei: Qui u-  
 ni ex minimis meis dederit potum aquæ frigidæ  
 propter doctrinam, habebit mercedem. Bene & se-  
 liciter uale candide lector. Anno 1551, Die quarto  
 Septembri, Vitebergæ.

Philip pus Melanchthon  
 manu propria.

S. D. lecturis has literas.

Ethnica uetus tas pepercit sacerdotibus: ut ex-  
 presse